



7122





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2133 8° (LN 1416 8° copy 3)





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2133 8° (LN 1416 8° copy 3)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2133 8° (LN 1416 8° copy 3)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2133 8° (LN 1416 8° copy 3)

IO
SA

N^o 2133.



J. H. [unclear]



= LN 1416 ex. 3

og LN 1418 ex. 2

= LN

2133

IOAN. GEORGII
SADOLINI VIBERGII,
P. L. PIARVM MEDI
TATIONVM
LIBER.



HAFNIAE,
Impressit Laurentius Be-
nedictus.

1 5 8 1.

= LN 1416 ex. 3

[Faint, illegible text on the left page]

ORN
ampliss
Episco
su


10.



ni nostri
Beati qu
illud cu
huius (re
men, pre
& infal
sum ma
compro
dis dies

2133
ORNATISSIMO ATQVE^{2.}
amplissimo viro, M. Iohannj Lagonio,
Episcopo Ripensi, omni reuerentia dignif-
simo: Domino & amico suo
perpetua fide co-
lendo,

IOAN. GEORGIUS SADO-
linus Vibergius,
S. D.

ERA ET IMMOTA, DO-
mine Episcope, & idem tu
amicorum dilectissime, sen-
tentia est filij DEI, Domi-
ni nostri IESV CHRISTI, dicentis:
Beati qui audiunt verbum DEI, &
illud custodiunt. Nam cum autor dicti
huius sit ipsa veritas & veritatis lu-
men, pronuntiatum quoq; ipsius verum
& infallibile esse iudicamus. Quod ip-
sum multis scripturae sacrae testimonijs
comprobari potest: quibus enumeran-
dis dies potius deficeret, quam recita-
tionis

A 2

EPISTOLA.

tionis labor & industria. Quibus meditationibus dum in medijs calamitatibus me reficerem, effectum est ut hic liber mihi conscriberetur, quem ab isto euentu Piarum meditationum librum appellavi. Hinc si quid utilitatis ad bonas mentes dimanabit, est quod gratias agam DEO & servatori nostro IESU CHRISTO, cuius precioso sanguine nos miseri homines ab omnibus maculis & iniquitatibus nostris emundati sumus. Etenim nihil magis exopto quam ut per studia mea Ecclesia Christi ornetur, & rudiores in pietate & bonis moribus erudiantur. Ceterum cogitanti mihi, cui potissimum amico ac patrono has meditationes dedicarem, tu mihi primus, vir optime, in mentem venisti, cuius pietatem, doctrinam, fidem & integritatem à teneris unguiculis publicè pariter & priuatim sensi, vidi & plane cog-

nè cog
amicis
inter
rum
D. Ioh
cine
stra ph
cum in
& mihi
studia
tiam que
& vener
re scrip
nobis s
partem
Nosti e
Georgi
bi diu
precon
comm
cys pe

2133

EPISTOLA.

3.

nè cognoui. Qua de re frequenter cum
amicis nostris cōmunibus disserere soleo:
inter quos est vir doctrina, virtute, re-
rum usu & honorū dignitate excellens,
D. Iohannes Franciscus Ripensis, Medi-
cinæ Doct̃or, & idem in Academia no-
stra philosophiæ professor egregius. Qui
cum in exteris nationibus, tibi pariter
& mihi, fuerit ob communia Musarum
studia familiarissimus, veterem amici-
tiam quibus potest officijs colit, tuetur
& veneratur: illudq̃ à Platone præcla-
rè scriptum diligenter obseruat, Non
nobis solùm nati sumus: ortusq̃ nostri
partem patria vendicat, partem amici.
Nosti & fratrem meum, D. Iacobum
Georgium Sadolinum Vibergium, Ver-
bi diuini in Insula Daniæ Langlandia
præconem: Cum quo dùm hac hyeme
commorarer, de humanitatis tuæ offi-
cijs penè innumerabilibus, non parùm

A3

sum

us me
mitati
t hic li
ab isto
librum
tatis ad
uod gra
ri nostro
oso san-
omnibus
is emun-
s exopto
Christi
& bonis
n cogitan-
ac patro-
tu mihi
venisti,
m & in-
s publicè
& pla-
nè cog-

EPISTOLA.

sum collocutus. Nec Laurentij Benedi-
 dictij nomen tibi est obscurum, qui cum
 scientiæ Typographicæ sit artifex in-
 signis, virtutem quoq; amat & sectatur.
 Hic postquam tua in se merita mihi enu-
 merasset, & Oeconomix tuæ statum com-
 mendasset, effectum est, vt qui quon-
 dā ergā te conceptus sit amor, idem no-
 ui quasi luminis accessione illustrior
 redderetur. Quæ omnia & singula ideò
 annotanda duxi, vt intelligeres me
 non priuato affectu, sed bonorum
 consilio amicorum huius libri mei edi-
 tionem exornasse. Mentis enim bo-
 næ est, amicorum fidem & diligentiam
 agnoscere: Ingenij verò pudoris, per
 quos proficeris, profiteri. Hunc itaq;
 Piarum meditationum librum, hone-
 stissimo tuo nomini sacrum, benignè ac-
 cipe, & res meas tibi curæ & cordj esse
 permitte, qui in omnes humanissimus
 esse

esse c
 clarior
 tura c
 condi
 CHR.
 pector
 mestie
 docto.
 saluer
 Hegel
 nosti pr
 incolum
 iterum
 dec

2133

EPISTOLA. 4.

esse consueuisti. Quæ tua virtus eò clarior erit, quò arctior apud te sit futura communis quasi legis & humanæ conditionis recordatio. Filium DEI, CHRISTVM SERVATOREM toto pectore oro, vt te, Ecclesiamq; tuam domesticam gubernet & tueatur. Viros doctos, qui apud te sunt, meo nomine saluere iube: nominatim verò meos, ex Hegelys familia, consanguineos, quos nosti pro salute patriæ & ciuium suorū incolumitate sollicitos esse. Iterùm atq; iterùm vale, Ordinis nostri literarij decus & gloria. Hafnia Non:

April: Anno Domini
minj

1581.

A4

EPI.

Bene-
ni cum
fex in-
tatur.
tibi enu-
tum com
ni quon-
idem no-
llustrior
ula idè
eres me
onorum
mei edi-
enim bo-
ligentiam
loris, per
inc itaq;
, hone-
uignè ac-
ordj esse
uissimus
esse

LIBER PIARVM

EPIGRAMMA.

*Non equidem in toto est iucundior Orbe voluptas,
Dulcia quàm veri discere verba DEI.
Corpus enim ut Medicina iuuat, sic dogmata sacra
Instillant animis gaudia sancta pijs.
Hinc fluit æternum nectar, potusq; perennis,
Vitaq; cum superis continuanda bonis.
Hoc igitur munus iuuenesq; senesq; probate:
Dumq; licet, dignas condite mentis opes.
Nam citò transibit vanissima gloria Mundj:
Intemerata DEI nomina semper erunt.*



IOAN.

IO
SA

Dum str
Trac
Mente
Pij

CAT
CH

Dog
Disce lud
Disce
Qui relig
Nec
Ebrius
De
Cyclope
Re

2133

MEDITATIONVM.

5.

IOAN. GEORGII

SADOLINI VIBERGII,

P. L. PIARVM MEDI-

TATIONVM

LIBER.

AD LECTOREM.

*Dum studio sacras sacro res, optime lector,
Tractamus, pura concipe mente DEVM.
Mente DEVM pura qui concipit, ille profecto
Posthabitis nugis seria sacra probat.*

CATECHISMVS, SIVE

CHRISTIANÆ RELIGI-

ONIS ELEMEN-

TA.

DOgmatis ætherij diuina elementa recludo:
Aures ô cupidas arrige, parue puer.

Disce lubens quæ sit via veræ rectæ salutis:

Disce DEI viui Verba verenda sequi.

Qui reliquas miro studio complectitur artes,

Nec sua cælesti pectora luce fouet:

Ebrius hic fertur vana dulcedine rerum,

Donec in exitium præcipitandus eat.

Cyclopem Siculum sic ampla lagena fefellit

Replentem sapido guttura vasta mero:

A 5

Vnde

voluptas,
EI.
maza sacra
vni,
is.
are:
pes.
andj:
vni.

IOAN.

LIBER PIARVM

Vndè per insultum versuti lusus Vlyssis,
Luminis & visus commoditate caret.
Dumq̄, ruit tenebris iam circumfusus opacis,
Et querula sylvas aruaq̄, voce replet :
Abstulit ipse iocos, atq̄, abstulit ipse cachinnos,
Pulsatus sannis scommatibusq̄, vafris.
Hei mihi, quàm multis erroribus ille rotatur,
Æterni quem non lux iuuat alta DEI.
Ergò pios monitus, puer ô dilecte, capeſſe :
Et tua per legis lumina corda rege.
Tum quoq̄, fide DEO, votisq̄, insiste pudicis :
Et studio recto cetera sacra proba.
Grata DEO res est mens candida, linguaq̄, sancta,
Atq̄, utranq̄, decens quod comitatur opus.
In primis summi perpende statuta Parentis,
Quæ proprio magnus prodidit ore DEVS.
In tabulis digito Domini signata duabus,
Hæc eadem Moses hac ratione tulit.
Ægypti qui te seruili è carcere duxi,
Ipse ego sum Dominus, sum DEVS ipse tuus.
Ante meam faciem ne numina vana subinſer :
Numina, Diuorum quæ malè nomen habent.
Sculptile ne facito, nec tu simulacra parato
Quæ tenet aut cælum, terra ùe, quæ ùe fretum.
Hæc nec adorato, nec cultu efferre studeto,
Mandati aſſertor qui cupis eſſe mej
Nanq̄, DEVS, Dominus, Zelotes, fortis & acer,
Caſtigo veterum facta proterua patrum.

Caſtigo

Caſti
L
Vnd
At
A
Per
B
Sabb
I
Septi
I
Temp
In
Omni
Que
Septim
V
Dile
V
Hum
Pa
Eſſe
S
Qui
Lac
C

2133

MEDITATIONVM.

6.

Castigo natos, & qui nascuntur ab illis,
 Et reprimo cunctos quos odiosus ego.
 Vindice me, quoties iustam feror acer in iram,
 Tertia concutitur quartaq; progenies.
 At per mille gradus illorum protego stirpem,
 Mente verecunda qui mea iussa colunt.
 Per Domini nomen fera ne periuria neſte:
 Blasphemam linguam poena seuera manet.
 Sabbata sanctificans festiua luce quiesce:
 In curis bis tres sufficit ire dies.
 Septima sacra DEO soli tribuenda putato,
 Illa ministerio non satis apta tuo.
 Temporibus sacris curam intermitte profanam,
 Inq; pijs studijs sit tua tota domus.
 Omnipotens Dominus fecit sex cuncta diebus,
 Quæ totum cœlum, totus & Orbis habet.
 Septima lux illum placidè requiescere vidit,
 Vnde creatori est sanctificata DEO.
 Dilectos merito venerare fauore parentes,
 Vt veniant vitæ tempora lata tuæ.
 Humanum, ferus ingenio, ne funde cruorem:
 Pura tibi sit mens, sit tibi pura manus.
 Effuge adulterium, vetitaq; libidinis ausus:
 Spiritus in casto pectore castus aget.
 Quisque suum teneat, fraus & dolus omnis abesto:
 Fures ne tolera, furta nec vlla patra.
 Ladere nec quenquam mendaci voce labora:
 Cum potis es iustè quemquè iuuare, iuuua.

Quas

LIBER PIARVM

Quas alius pacto sibi quouis possidet ædes,
Has desiderio ne tibi quære malo.
Nec sociam alterius, neu seruos, nèue puellas,
Nèue alias villo res tibi posce dolo.
Sedulus hæc rigidi perpende statuta Tonantis,
Teq, illa trutina sæpè probare stude.
Eheu me miserum : Viciatus origine prima,
Crimina naturæ sentio tetra meæ.
Diuinæ terret fera me sententia legis :
Terret me iusti vox animosa DEI.
Hei mihi, quid faciã? quò me nunc deniquè vertã?
Ante oculos video Tartara dira meos.
Te, mea mens, releua : Cedat dubitatio cæca :
Pharmaca sunt morbo grata parata tuo.
Contriuit Satanam furiosum, nobile semen
Filius ille DEI, Virginis ille puer.
Per CHRISTVM Iesum supremo nempè parentj
Vera fides hominem conciliare potest.
Quæ fidej verò rectæ confessio fertur,
Militibus Christi tessera dicta venit.
Ipsa etiam niueo fulgens Ecclesia vultu,
Tam sacra diuino pectore signa gerit.
Tu quoq, fac animo puro linguaq, sonante,
Parue puer, mecum talia verba legas.
Spes mea fixa DEO est patri, qui cuncta gubernans
Inuicta monstrat cœlica sceptrâ manu.
Qui roseis nitidum stellis ornauit Olympum,
Addidit & terræ flumina, stagna, freta.

In Chri-

In Chri
Qui
Quem
In
Præsid
Vil
Exhala
Et
In Syg
Qua
Tertia
In
Stell
Exer
Inde reue
Qui fil
Qui Pa
Hone
Per cui
Me
Tetra re
Quo
Principi
Et
Tunc, e
Cet
Ista est
Ist

2133
MEDITATIONVM. 7.

In Christum IESVM fiducia nostra recumbit,
Qui Patris æterni Filius vnus adest.
Quem Maria è sancto conceptum Flamine mater,
In lucem salua virginitate tulit.
Præsida qui passus tormentum immane Pilato,
Victima pro nobis in cruce factus erat.
Exhalans animam lumen vitale reliquit:
Et tumulo exangui frigida membra dedit.
In Stygium victor se transtulit inclytus Orcum,
Quà scelus & dæmon, morsq; profunda sedent.
Tertia cùm latos vultus aurora reduxit,
In lucem redijt filius ille DEI,
Stelliferam, terras linquens, remeauit in aulam:
Æterni ad dextram confidet ille patris.
Inde reuersurus, viuos functosq; sepulcro
Qui sistet iudex ante tribunal, erit.
Qui Patris & Nati procedit Spiritus ore,
Hunc etiam veneror non titubante fide:
Per cuius placidum florens Ecclesia numen,
Membra fouet pura candidiora niue.
Tetra remittuntur nobis duce crimina Christo,
Quo mediante minax tollitur ira DEI.
Principis aduentu summi caro nostra resurget:
Et repetet massam mens animosa suam.
Tunc, censore DEI Nato, ruet impia turba:
Cætibus electis vita perennis erit.
Ista est vera fides, ista ancora certa salutis:
Ista est militibus tessera fida pijs:

Quam

LIBER PIARVM

Quam qui non seruat, proh quātis voluitur vndis?

Quam citò Tartarijs hostibus obijcitur?

Quam citò turbatur deceptus fraudibus atris?

Quam ruit ille dolis, quam ruit ille minis?

Cepta fides vano ne fiat mortua corde,

Passibus hoc æquis carpe libenter iter.

Pectore contrito vitæ delicta fatère:

Fide DEO, affectus & moderâre tuos.

Cumq̃ parùm valeat nostrorum cura laborum,

Ni DEVS auxilium consiliūq̃ ferat:

Addictus Christo mediatoriq̃ duciq̃,

Diuinis precibus sollicitato Patrem.

Christus enim Orandi formam præscripsit honestam,

Quam tali expressit nostra Camæna modo.

Summe Pater, celsam cui præbent æthera sedem:

Sit sanctum toto nomen in Orbe tuum.

Adueniatq̃ tuum regnum, Rex optime Regum:

Dedita sint Verbo pectora nostra tuo.

Inter mortales rata sit tua sancta voluntas,

Ætheria veluti dicitur esse domo.

Mentes & pariter tu corpora pascito nostra,

Et famulis dona grata alimenta tuis.

Peccatum nostrum placidè delere memento,

Ergà alios veluti turba modesta sumus.

Nec sine nos unquam tentatio noxia fallat,

Nos ùe premat Stygij fraus scelerata ducis.

Cumq̃ sit haud paucis hæc prægnans vita periclis,

Nos, precor, à cunctis exonerato malis.

Isto

Isto sepe

O pro

Id fore p

Com

Æolijs h

Qua

Per signu

Cæri

Occurrunt

Tam

Nocte su

Tradi

En, paria e

Dilecti

Acceptum p

Disce

Vocibus hie

Summ

Corpus id

Pro g

Hanc Cæri

Volunt

Hanc vbi

Alp

Et cum e

Illu

Ore q̃ ma

Hoc

2133

MEDITATIONVM.

8.

Isto sæpè modo Cœlestem accede Parentem,
O puer, & venient omnia læta tibi.

Id fore promittit diuini pagina libri:

Comprobat hoc ipsum Filius ipse DEI.

Æolijs hæc ne ventis sacra dicta ferantur,

Quàm benè nostram augent inclyta signa fidem.

Per signum externum sese DEVS inserit ipsis

Cœtibus electis, pectoribusq; probis.

Occurrunt primùm sacræ mysteria Cœnæ:

Tam celebris verò quem fugit historia?

Nocte sub obscura, quâ proditione nefanda

Traditus infesto Christus ab hoste fuit:

En, puris capiens manibus Cerealia dona,

Dilecto soluit vota precesq; Patri.

Acceptum panem digitis in frustula fregit:

Discipulisq; suis hæc alimenta dedit.

Vocibus his vsus, quod do præsumite, dixit:

Sumite, nam tales conuenit esse dapes.

Corpus id esse meum, fido vos corde tenete,

Pro genere humano quod datur, ecce, neci.

Hanc Cœnam quoties estis gustare parati,

Voluite quæ de me commemorare decet.

Hanc ubi discipulis escam sub pane dedisset,

Assumit calicem, vota q; sancta facit.

Et cùm deuoto dixisset pectore grates,

Illa suis socijs poela tenenda dedit.

Ore q; mansueto suauissima verba locutus,

Hoc vobis gratum sumite munus, ait.

Hinc

condis?
is?
uis?
gram,
as:
bonestam,
odo.
sedem:
Regum:
as,
tra,
to,
us.
t,
ducis.
periculis,
Isto

LIBER PIARVM

Hinc bibite unanimes, & noscite nobile munus :
Hic sanguis verè est, quem cruce fundo, meus.
Cuius præsidio delentur crimina vestra,
Vestraq; mens verè purificata viget.
Hunc calicem quoties estis libare paratj,
Officium hoc in vos, concelebrate, meum.
Hoc pacto instituit Christus sacram ipse Synaxin :
Fœlix qui dignè munera tanta capit.
Fœlix hic, inquam : sed & idem iure beatus,
Qui baptizatus dogma salutis amat.
Victor enim Christus Cœli ascensurus in aulam,
Dixit Apostolico talia verba choro.
Ite mei socij, totum vos ite per Orbem,
Atq; Euangelij pandite dona mej.
Baptizate omnes gentes in nomine sancto
Et Patris, & Nati, Flamini atq; sacri.
Quippè reuelatum digno qui pectore verbum
Suscipiat, monitis credat & usquè meis :
Nec fugiat claram puri baptismatis undam,
Hic fulgens nostri regni habitator erit.
Vos autem, ô socij, quos recreo flamine sancto,
Huc agite, en vobis Spiritus ille datur.
Vos etiam quorum peccata remittitis, illi
In cœlo statuant ipsa remissa sibi.
Quæ constringetis, constricta piacula sunt,
Quæ patet æternæ Regia celsa domus.
Ista serenato, Christus DEVS edidit ore,
Quæ pater ætheria summus ab arce probat.

Huc

Huc igitur
M
Et tibi
Pe
Vade p
V
Felix q
Off
Optima
Fru
C
D
Dogma
Mentem
Si mea com
Dulcia
Quicq
Suscepit
Quid
Si tibi me
Ille D
Sed qui pe
Hoc ver
Et dem
Ne
Sit DE

2133
MEDITATIONVM. 9.

Huc igitur properans, Patrem cole, dilige Natum,
Muneraq̄, æterni Flaminiis æqua cape.
Et tibi ne desis, specioso tramite vadens
Per methodum rectam ferq̄, referq̄, pedes.
Vade puer, quid te mundus remoretur iniquus?
Voce sui Nati te Pater, ecce, vocat.
Fœlix qui vocem Christi sectatur amatq̄,
Officiumq̄, suum cum pietate facit.
Optimus est etenim fidei thesaurus amœnæ,
Frugiferis studijs glorificare DEVM.

CARMEN EXHORTATORIVM.

DOGmata pauca tibi tradam, dulcissime filij:
Mentem adhibe lætam: paucis, quæ sentio, dicam.
Si mea composito seruabis pectore verba,
Dulcia traduces optatæ tempora vitæ.
Quicquid es acturus, verum fac Numen adores:
Suscipit omnipotens Dominus pia vota bonorum.
Quid vigiles prosunt curæ grandesq̄, labores,
Si tibi neglectus DEVS impedit omnia cœpta?
Ille DEVS verus, non quem nos fingimus ipsi,
Sed qui per Verbum toti se prodidit Orbi:
Hoc verbum Moses, Psalmographus atq̄, Prophetæ,
Et demùm Christus, Christi & sonuère ministri.
Ne frustra iures: Vbi rectus postulat usus,
Sit DEVS ipse tuæ fidei fons, primaq̄, meta.

Huc
B

Hei

LIBER PIARVM

Hei mihi, qui vafra cælat periuria fraude,
Ipsam magna DEI sceleratum conteret ira.
Sacra para precibus castis, votisq; pudicis:
Hos vitulos, hæc thura, DEI benè ponis ad aras.
Conueniet sanctis quoties Ecclesia templis,
Fac tua dilectum decoret præsentia cætum.

Qui benè saluifico didicisti fidere Christo,
Inter mortales rectè quoq; viuere disce.
Illa est æterno pietas gratissima Regi,
Humano generi quæ commoda plurima præstat.
Res age te dignas, & honesto exurge labore:
Ocium enim Satana puluinar dicitur esse:
Perdidit Ægyptum torpens ignauia vitæ
Dum studium fugitat pulcrum curamq; laborum.

Dilige maiores, æquales atq; minores,
Quaq; potes cunctos ratione iuuare, iuuato:
Ante alios autem caros reuerere parentes,
A quibus exortus vitæ primordia ducis,
Cedendum est senibus, decoradaq; grandior ætas,
Quod monet Entellus pulsans versansq; Daretæ.
Te magis alliciet candor tuus, & tua fama,
Vt tibi sit curæ virtus grauitasq; senilis.

Irritare autem dictis factis ve caueto
Quos melior virtus maiorq; potentia munit:
Causa quippè cades spe defraudatus inani,
Et referes risum naso excipiendus adunco.

Debita solue pijs doctoribus atq; magistris,
Præsidio quorum poteris sapientior esse.

Qui

Qui præ
Ingrat
Que
Corde te
Canadi
Semina
Pla
Nec min
Qui neu
Sustinet
Eli
Nam fac
Nonerit h
Omibus
Vi more
Non tement
Cordis inibi
Credere se
Mun
Abuefca
Iustus en
Omnia qu
Recto
Pastore
Qua raci
Contem
Quis
Hos quos

MEDITATIONVM.

Qui præceptores verbis traducit ineptis,
Ingratum spurium prodit se corde feroci,

Quæ bona conatu recto percepta, fideli

Corde tenes, alios pulso liuore doceto:

Candidulis animis sua præbet munera Pallas,

Semina doctrinæ latum ut spargantur in Orbem.

Plurima percipies proprio, studiose, labore:

Nec minor est virtus alios audire docentes.

Qui neutrum curat, sed inertem ducere vitam

Sustinet, hic nullum prognatus fertur in usum.

Elige quos virtus decorat formosa sodales:

Nam socij prauj sunt præsentissima pestis.

Noueris hos, illos verò prudenter amato:

Omnibus ex æquo iungi, dementia cæca est.

Vt mores hominũ nunc sunt, sapientia summa est,

Non temerè cuiquam confidere: Fidere nulli,

Cordis inhumani est, animi sed prorsus inepti

Credere se cunctis quos offert mobilis aura.

Munere seduci caueas, nec vendere leges

Absuescas precio, nec iura fauoribus ornes:

Iustus enim Domini est oculus, nec fallitur vnquã

Omnia qui solus cordis penetralia lustrat.

Rectores populi, quibus est respública curæ,

Pastoresq; gregis sancti reuerenter honora:

Qua ratione valet corpus, si cætera membra

Contemerant dignum capitis cordisq; decorem?

Quis Deus & virtus meritã dedit alta coronã,

Hos quoq; tu niueo dignos reputabis amore.

Qui

B 2

Quid

LIBER PIARVM

Quid te liuor edet? quos serpens iste perurit,
Ad Phlegethontis aquas iter his mors sternit amara.

Deriuare caue in vicinum tristia damna:

Si potes, auertas. Homines qui ledere gaudet,
Pessimus ipse sibi est: & in ipsum saepe redundant
Artificem, quaecunq; manus struxere dolosæ.

Innocuas prohibeto manus à cæde cruenta:

Crudeles animi furijs agitantur & igne
Daemonis horrendi: qui sese sanguine fœdant
Humano, celeri lapsu voluuntur in Orcum.

Hostibus obiectus, contendito viribus æquis:

Naturæ leges vitam defendere suadent.

Qui non, quando potest, hostes auertere curat,
Hunc sua in exitium præsens ignauia tradit.

Pro patria pugnans dare terga probrosa caueto:

Namq; mori est melius, turpem quam viuere vitam.

Leges atq; greges & haras arasq; tuèri
Armis, consilio, studio, virtute, decorum est.

Belligeras acies doctè disponere, magna est

Ars, atq; ingenij generosi nobile signum:
Sed pugnare loco digno, est heroica virtus,
Exemploq; alios in prælia iusta cière.

Moribus optatis vitam decorato modestam:

Ingenij dotes petulans lasciuiua fœdat.

In primis oculos cohibere memento vagantes:

Supplicium visus tulit Autoñoëius heros.

Iucundam sociam vitæ mortisq; foueto,

Vt videas casti dulcissima pignora lecti.

Arti-

Artib
A
Ira
Lata
O bene
Conri
C
Ore cre
Esse, i
Sola ete
An
Munere
Teme
Ins tibi d
P
Dines
Qui DE
Deicere
Si f
Turgida
Sin roma
Fide DE
Qua
The
Fortior
Quam q
Ne
Luxur

2133

MEDITATIONVM.

11.

Artibus & cultis dilectos imbue natos,
Assuescantq; DEVM primo cum lacte timere.

Irati pelagi fremitus tristissima res est :
Lata tamen, si tu muliebrem respicis iram.
O bene felicem, cui fida & fertilis uxor
Contigit : a superis siquidem datur illa voluptas.

Cum generis stirpem, proauos at auosq; superbo
Ore crepant alij : claro licet ortus Achille
Esset, tu titulos prudenter comprime vanos :
Sola etenim virtus tribuit nomenq; genusq;.

Aurea libertas tibi si concessa Parentis
Munere supremi, scuis ne redde Tyrannis
Temet mancipium : Sin versa sorte priori
Ius tibi diripitur, vicij seruire caueo.

Pauper es & tenuis ? spe tristia damna leuato.
Diues & excellens ? fortunæ fidere noli.
Qui DEVS est, & regna tenet cœlestia, CHR I stus,
Deicere illustres, humilesq; extollere nouit.

Si fortuna tuis votis aspirat amica,
Turgiduli fastus caueas implerier aura :
Sin tonat, & grauibus te pulsat iniqua procellis,
Fide DEO, & duro noli succumbere fato.

Quid malè te crucies veluti Telamonius Ajax
Theſsalici arma ducis concedere iussus Vlyſſi ?
Fortior affectus proprios qui vincere nouit,
Quàm quicumq; alios didicit prosternere ferro.

Nec tu multa uora, temet nec rumpe bibendo :
Luxuria, tetrum est, turpi se uelle necare.

B 3

Fune-

Arti-

LIBER PIARVM

*Funera multa Ceres, dat funera multa Lyæus,
Funera multa infert Venus insatiabilis Orco.*

*Ebrietas deforme malum, turpissima pestis,
Ingens multorum viciorum procreat agmen:
Cui si te dedas monstro, delirus & amens
Fias: nam nulla comescitur Ebrius arte.*

*Despice lurcones, & edaces effuge ventres,
Qui cupis Aoniæ pars esse benigna coronæ.
Escas nec laceres violenter more canino:
Quippè homines gestus commendat honestus edendi.*

*Vina sitim extinguat: doctis gradus ille probatur.
Liberior Bacchus curas expellit amaras:
Heluones verò fuge, namq; heluatio mentem
Precipitat, creat & rixas, & corpora perdit.*

*Dulcia non semper quæres ac mollia lingua:
Nã stomachũ quoq; tetra iuuat absynthia: quid quòd
Crebra animis noceant non cautis gaudia? fortes
Robustosq; viros labor efficit, artis & usus.*

*Æqua tibi sit mens, hominẽ nec decipe quenquam:
Quodq; tibi nolis fieri, nulli improbus infer.
Iusticiam DEVS æternus demandat amandam,
Ipseq; non alia potiùs placatur acerra.*

*Nulla aconita nocent adeò ut scelerata venena
Peccati impuri: tu, qui sapis, eijce pestem.
Tutius est undis & abyssò mergier alta,
Quàm nimium squallens viciorum intrare sepulcrũ.*

*Sint procul à nobis usuræ, furta, rapinæ:
Sapè etenim maius gignunt lucra improba damnũ.*

Mor..

Mortal
Ceu cr
M
Iura
Ne sit
Exage
Ob
Multa
Quod v
Ipeq;
V
Peste
Nefaria
Ira DE
Dm
Nam fort
Non Acc
Omnib
Di
Consilij
Sanam q
Cui prest
Larg
Captiv
Precip
Erudie
D
A qui

MEDITATIONVM.

12.

Mortales sed cur cæci furtâ atq; rapinas
Ceu crimen damnant, vsuram ut numen adorant ?

Magnificos inter fures, qui nomen honorant
Usuræ, tenuesq; parant suspendere fures,
Ne sit grata tibi mora : nam sunt noxia turba,
Exuguntq; homines ficta sub imagine recti.

Ob leue delictum rixas committere noli :
Multa etenim hoc æuo faciasq; ferasq; necesse est.
Quod verò lædit mortales, ferre recusa :
Ipseq; si pecces, censor tuus esse memento.

Vnius ob noxam pereunt sæpè integra regna
Peste, fame, & gladio : tu verò prouidus esto,
Ne facias quicquam, quod Numinis excitet iram :
Ira DEI siquidem nimis intolerabilis est res.

Diuitijs partis studeas fœliciter uti :
Nam fortuna viros frugales ornat amatq;
Non Acolastus eris, non Euclio, si modus adsit
Omnibus in rebus, metasq; sequaris honestas.

Diuini seruis verbi, Christiq; ministris
Consilijs, opibus, fructu, succurre libenter.
Sanam qui tradit doctrinam, dignus habetur
Cui præstetur honos, reuerentia, victus, amictus.

Largâ pande manū : Christi nec negligè membra
Captiuos, ægros, viduas, lapsos & egentes :
Præcipuè curare scholas decet, vnde iuuentus
Erudienda DEVM discet moresq; modestos.

Doctiloquos vates tibi conciliare labora,
A quibus accipies nomen famamq; perennem.

B 4

Con-

LIBER PIARVM

Concutit & muros & turres longa vetustas :

Sola manet virtus monumentaq; fulgida vatam.

Linque malos, mens his nõ grata est: fœdat Aëllō
Vngue, luto, rostro, quæ splendida munera dantur.

Quod meritum præstas ingratas, protinùs illud

In tenui vento liquidoq; in flumine pingunt.

Infamam alterius mendacia spargere noli :

Mendaces siquidem linguas manet ultio certa

Irascente DEO : nec sæua Calumnia regnum

Obtinet æternum, DEVS est si iustus & æquus.

Sermones vita fœdos & dicta nefanda :

Turpia quæ factu, sunt hæc quoq; turpia dictu.

Absit ab ore tuo reprobæ petulantia vocis :

Vir bonus & sapiens linguæ moderatur habenas.

Affectus ratione doma, nec inania vota

Volue animo, rerum fatuo detentus amore.

Quicquid ages, Vitæ normam proponito Christum :

Sic tibi non deërit mitis fortuna Deusq;.

Debile si mœsto corpus languore prematur,

Naturæ cultæ Medicina conuenit uti :

Sin animam lædit morbus lacrymabilis ægram,

Doctrina ex Christi cœlestem quære medelam.

Mens tibi cū titubat (quis semper sanus?) amico

Christi mandato prudens pete mystica sacra,

Ne peccatorum lethali percitus ictu,

Corporis atq; animæ facias miserabile damnum.

Linea cūm fuerit transacta nouissima vitæ,

Et tibi summa dies languentes claudet ocellos,

Trade

Trade
Extrem
Co
Clarifi
Egred
Ætern

O R

TE

Peccati

Co

Auro

Co

O dim

Et

2133

MEDITATIONVM.

13.

Trade lubens animam Christo, requiemq, capeſſe
Extremam, placida fatorum lege ſolutus.

Corporis humani compago quandò reſurget
Clarificata DEO, tunc tu quoq, mente reſumpta
Egredieris humo gelida ſplendensq, potensq,
Æterna ſuperùm deinceps victurus in aula.



ORATIONCVLÆ ELE-
GANTES, EX BIBLICIS
ſcriptis concin-
natae.

MOSES PRO POPVLO
orans, Exod : 32.

TE rogo ſumme DEVS, teq, obſecro fide Patrone,
Peſtoris excipias anxia vota mej.

Peccauit populus, peccata grauiſſima fecit :
Conſtituit ſiquidem numina falſa ſibi.

Auro (vab facinus, vab deteſtabile crimen)
Conflatos ſtulti conſtituere deos.

O dimitte illis cæcam, DEVS optime, noxam :
Et flammas iræ fac moderere tuæ.

B 5

Quòd

ſas :
vatum.
ſeda: Aello
era datur.
is illud
ngunt.
rgere noli :
ltio certa
a regnum
ſus & aquas.
fanda :
ia dictu.
xis :
habenas.
vota
more.
io Chriſtum :
vot
prematu,
ti :
is gram,
edulam.
nus?)amico
acta,
lammum.
ma tute,
acelles,
Trade

LIBER PLARVM

*Quòd si non facies, me dele prorsus ab illo,
Dextera descripsit quem tua sancta, libro.
Nec memor esto mej, toto nisi corde dolentem
Suscipias populum progeniemq, tuam.*

**ARON ET MOSES ORAN-
tes pro Plebe, Num. 16.**

S*Pirituum princeps, Deus ô fortissime diuûm,
Quem summum agnoscit terra polusq, patrem:
Nùm peccante uno, rigidam commotus in iram,
Omnibus ex æquo trux inimicus eris?
Omnes nùm pariter tanget censura, nec ulli
Parces, si paucis mens sit iniqua uiris?
O DEVS, esto memor propriæ pietatis, & in nos
Ne mittas iræ fulmina saua tuæ.*

**ECCLESIA PRO NOTICIA
DE Iorans, Sapien. 16.**

O*Pater, hunc titulũ uirtus tua magna meretur:
Semper enim patria tu pietate nites.
Tu DEVS es noster suauis, mitisq, bonusq, :
Sermo tuus uerus, dogmata uera tua.
Omnia disponis clementer, & omnia dextrè
Dirigis, & rectè cuncta uigere facis.
Quòd si peccamus, miseros errore retractos
Quàm tua maiestas sit luculenta doces.*

Sin

2133

MEDITATIONVM.

14.

*Sin minus erramus, scimus nos esse fauore
Ac nutu ornatos praesidioq; tuo.
Te siquidem nouisse DEVM rerumq; parentem,
Iusticia est omni condecorata bono.
Iusticiamq; tuam complecti pectore puro,
Lucida directam pandit ad astra viam.*

POPVLVS PRO LIBERATI-
on orans, Iudic. 10.

EHeu nos miseros : pudet, ah pudet addere plura:
*Sed vicium nostrum commemorare decet.
Peccatis nostris te laesimus, optime diuim :
Ante tuam faciem crimina nostra patent.
Nam, quia te Dominum foedis contempsimus ausis,
Intulimusq; tuo numina caeca loco :
Ecce rei merito sumus omnes : nemo tribunal
Declinare potest, arbiter aequae, tuum.
Redde igitur quicquid placet, & nos rite coherce :
Censuraq; tua facta patrata preme.
Interea clemens auerte pericula mortis
Aeternae, & solita nos pietate iuua.*

SAMSON ORANS PRO IVSTA
in aduersarios vindicta,
Iudic. 16.

Rebus in afflictis Rex o inuicte, Deusq;
Omnia qui sensu discutis acta tuo :

Quaeso

LIBER PIARVM

Quæso, memento mej, sublataq; robora redde :
Redde mihi vires ingeniumq; meum.
Me DEVS exaudi, DEVS ô succurre roganti :
Nec rapiat præcepta hæc mea vota Notus.
Vltio prompta meos, te vindice, subruat hostes :
Succumbat manibus dira propago meis.
Pro binis oculis mihi demptis fraude doloq;
Vna vindicta stirps scelerata ruat.

REX ASA ORANS PRO DIVI-
no præsidio, 2. Paral. 14.

SEu cætu exiguo, turba seu deniq; grandi
Auxilium nobis suppeditare velis :
Vna eademq; tibi res est, DEVS optime, nanq;
In manibus virtus est operosa tuis.
Præsidio venias nobis, fortissime Regum :
Tu siquidem Dominus noster es, atq; DEVS.
In te speramus : te præside sumimus arma :
Tu reprobos poteris debilitare viros.
Ingentem petimus, non magno robore, turbam :
Multiplicem petimus parua caterua manum.
O DEVS, ô Patrone potens, hanc asserere causam :
Nam cur mortalis te superabit homo ?

REX IOSAPHA ORANS,
2. Paral. 14.

DVm cruce cõprimimur valida, curisq; malignis
Afficimur, fato conficimurq; graui :
Ad te,

MEDITATIONVM.

15.

Ad te, summe DEVS, pia cordis vota leuamus :
 Nanq; vides quantum nostra querela valet.
 Nos pius exaudi, nos & saluare memento,
 Diuinos titulos qui pietatis habes.
 Quando ignoramus quidnam tentare decebit,
 Consilijsq; carent pectora nostra bonis :
 Hoc tantum superest, oculis ut ad aethera pansis,
 Abs te deuota mente rogemus opem.

ORATIONCVLA IN AFFLICTI-
one, Tob : 3.

TV DEVS es iustus, tu iudex optimus & aqua
 Iudicij recti dexteritate vales.
 Quicquid agis, clementer agis : veri q; tenacem,
 Autoremq; boni te sacra corda sciunt.
 O talis tantusq; DEVS, mea crimina dele :
 Et memor esto mei, meq; benignus ama.
 Ah ne vindictam tetro de crimine sumas,
 Quo maculata mihi caeca iuuenta fuit.
 Nec reminiscaris quæ sunt delicta patrata
 Per me, perq; meum, carne iubente, genus.

ORATIONCVLA IN
Cruce, Tob : 3.

TE quia, sancte DEVS, contempsimus, & tua iussa
 Spreuimus, in nobis luxuriante malo :

Hæc

Ad te,

LIBER PIARVM

*Hæc iccirco reos direptio vexat & angit,
Et nostrum inuadit sanna probrosa caput.
Externæq; sumus vaga facti fabula genti,
Genti quæ nescit nomen opusq; tuum.
Iustus es, & censura tua est æquissima : nosq;
Factorum merita conditione premis.
Nam declinantes stultè tua iussa verenda,
Arbitrio nostro fecimus omne nefas.
Nec te sincero venerantes pectore, vocis
Ætheriæ gratos hausimus aure sonos.
Ergò mihi fiat, fieri quodcumq; iubebis :
Atq; voluntatis sint rata iussa tuæ.
Spirituq; meo placidam concede quietem,
Possit ut optata mens mea pace frui.*

MANASSES ORANS PRO

peccatorum remissione,

2. Paral. 36.

P*eccauit Domino, Domino peccauit, & eundem
Delictis læsi criminibusq; meis.
En, miser agnosco culpam facinusq; patratum :
Voluitur ante oculos improba noxa meos.
O DEVS esto mihi clemens, peccataq; dele
Hæc mea : nam medicus tu meus esse potes.
Me miserum ne perde virum, ne perde iacentem
Densis in tenebris carceribusq; necis.
Quoduis tolle malum, quemuis expunge reatum,
Qui peccatores iustificare potes.*

Auspi-

*Auspi
Et*

*Eia ag
Cr*

*Morta
Co*

IV

TE

*Confli
Des*

*Deniq; f
Vi ta*

*Agnosca
Et*

IV

R

*Respic
V*

*Ingere
V*

MEDITATIONVM.

16.

Auspicio cedat lato damnatio quæuis :

Et caput incingat gratia dia meum.

Eià age, da veniam, DEVS ô mitissime, lapsò,

Crimina confiteor qui mea cuncta tibi.

Mortales etenim miseros audisq̃, iuuasq̃ :

Conuersosq̃, tua pro pietate beas.

IVDITHA ORANS PRO FOE-

lici rerum successu, Iudith. 9.

Testamenta, DEVS, tua condecorare memento,

Promissumq̃, tuum constabilire para.

Consilium cordis tribuas & mentis acumen,

Desq̃, mihi sermo dulcis ab ore fluat.

Deniq̃, sic moderare meos, DEVS alme, labores,

Vt tua permaneat sanctificata domus.

Agnoscant autem tua gentes roborâ, quòd sis

Æternus Dominus, perpetuusq̃, DEVS.

IVDITHÆ ORATIONCVLA

in arduo negotio, Iudith. 13.

Robora confirma, DEVS ô mea : daq̃, labores

Communi eueniant utilitate, mei.

Respice quicquid agã, simul & mihi dirige dextrã,

Vt, quod proposui, perficiatur opus.

Ingere te mihi, magne DEVS : cœptumq̃, gubernâ,

Vt sacra scribatur lux hodierna tibi.

MAR-

LIBER PIARVM
MARDOCHÆVS ORANS PRO
liberatione ab imminente peri-
culo, Hester : 14.

Percipe, summe Pater, querulo quas pectore voces
Edo : nec gemitus respue signa mej.
Placatus nobis esto, populumq̄, benignus
Cerue tuum, & lectum, quæso, tuère gregem.
Luctus fac nostros in dulcia gaudia vertas,
Qui proprio nutu vertere cuncta potes.
Nos verò eximia tua nomina laude feremus,
In nostro donec corpore vita manet.
Ora igitur noli nobis concludere, digno
Te qui conamur concelebrare sono.

HESTERÆ REGINÆ ORA-
tiuncula pro liberatione,
Hester : 14.

Surge DEVS noster, nostrasq̄, capesse querelas :
Afflictosq̄, iuua, summe Patrone, tuos.
Ingruit hora nocens & lamentabile fatum,
Tendunturq̄, tuo retia torta gregi.
O DEVS, ô Regum Rex inuictissime, cunctos
Victrici dextra qui superare potes.
Hostibus è diris nos erue : daq̄, salutem,
Ac animas nostras subtrahere, quæso, neci.
Et, tua carminibus letis ut nomina pangam,
O mea sollicito corda dolore leua.

H 10.

HIOBI CONSOLATIO SVB

Cruce & afflictione,

Hiob. 1.

DAnte DEO leti bona si suscepimus, an non
 Tristia sumemus munera dante DEO?
 Ex utero matris perueni nudus in Orbem:
 Nudus & in tumultum mox properabo meum.
 Optima quæquæ DEVS donauit, & abstulit idem
 Iudicij recti iusticiæq; memor.
 Quod Domino placuit qui regnat in æthere uasto:
 Hoc rectè factum confiteatur homo.
 Sit nomen Domini benedictum, nobile, fulgens:
 Detur & æterno gloria vera DEO.

ORATIUNCULA PRO LIBE-
 ratione, Esaie 37.

Perfaciles præbe, DEVS optime, vocibus aures
 Nostris: & promptus paucula uerba cape.
 Sanctos pande oculos, fortunamq; aspice nostram,
 Ac hominum cautus quælibet acta uide.
 Hostibus è rigidis nos eripe: vimq; relide
 Illorum, qui nos fraude doloq; petunt.
 Sic celebrem Regem te noscent omnia regna:
 Teq; colent unum secula cuncta DEVM.

HIO.

C

ORATI-

LIBER PIARVM
ORATIONCVLA CONTRA
pertinaciam & securitatem,
Esaia 63. & 64.

Quid permisisti, DEVS, vt nos deuius error
A vera eriperet conspicuaq; via?
Cur indurari fecisti pectora nostra,
Ne nos ornaret relligionis amor?
Quò timor ingenuus properauit & inlyta virtus?
Quò pietas animi? quo veneranda fides?
Nos, pater, aspicio clementer: & omine dextro
Heredes regni condecorato tui.
Tu DEVS es noster: miseri nos, terra lutumq;
Tu Rex es noster: nos tua turba sumus.
Sis igitur mitis, cæptumq; remitte furorem:
Crimina tuq; tuo nostra fauore tege.

ORATIONCVLA PRO AVXI
lio diuino, Hierem: 17.

Sanus ero, si me sanum, DEVS, esse iubebis:
Saluum si facies, verè ego saluus ero.
A pietate tua mea pendet vita salusq;
Nam mea tu solus gloria, laus & honor.
Te duce, firmus ero: duce te formidine nulla
Concutiar: nam me prouidus ipse regis.
Quòd si fortè mihi pæna exoriat & angor,
Tu mihi præsidium spesq; salutis eris.

Qui

Qui me
Defle
Me qui
Doe
Aut an
Sip
Arrip
Dre

ME ca
E

Incomitans
Dum

Si ego le
Ar

Postqua
Inde

Me tibi
Vi

Ergò me
De

Tu siq;
Id

2133

MEDITATIONVM.

R A

Qui me perturbant, hos tu confunde : nec ipse
 Deflectam à verbo consilioq, tuo.
 Me qui contristant, hos tu compesce : nec ipse
 Dogmatis arguta voce carebo tui.
 Aut auerte malos : aut contere prorsus eosdem,
 Si placida nolint relligione regi.
 Arripiat prauos animos contritio duplex,
 Duplicis ut pœnæ conditione ruant.

denius error
 g. via?
 ?
 inebria virtus?
 andia fides?
 mine dextr
 ra luctumq;
 sumus.
 uorem:
 tege.
 AVXI.
 17.
 g. p. m. t. b. i. s.
 aut ero.
 g.
 honor.
 e nulla
 egis.
 angor,
 ris.

ORATIONCVLA PRO

vita emendatione,

Hierem : 31.

ME castigasti, DEVS: & reprehensio iusta
 Erudijt mentem, te monitore, meam.
 Indomitus veluti sine lege iuuenculus errat,
 Dum vitulabundus per iuga verna ruit :
 Sic ego lasciuæ sectatus gaudia carnis,
 Antetuli iussis dogmata falsa tuis.
 Postquàm perdidici mores cognoscere mundi,
 Iudicioq, tuo purius esse nihil :
 Me tibi subieci DEVS optime, teq, rogavi
 Ut mea lustrares flamine corda sacro.
 Ergò meum conuerte animum, mentemq, serenam
 Da mihi : nam te vno præside, iustus ero.
 Tu siquidem meus es Dominus, meus atq, creator :
 Idem tu viuus Rexq, Deusq, meus.

Qui

Cz

ORA-

LIBER PIARVM
ORATIUNCULA SVSANNÆ
aduersus calumniam,
Daniel: 13.

O DEVS, æterno qui numine cuncta gubernas,
Et iustis oculis abdita cuncta vides:
Omnia qui nosti præsentia, quiq; futura,
Qui quoq; præteriti temporis acta tenes:
Tu scis, tu cernis, mera quod mendacia dicant
Fraudes qui ponunt insidiasq; mihi.
Cumq; mihi semper fuerit mens conscia recti,
Et videam quales composuere dolos:
Opprimor ecce graui causa, fastumq; proteruum
Sustineo: Usque adeo præualuere mali.
Alme DEVS, succurre mihi: linguasq; dolosas
Destruere iudicio præsidioq; tuo.

ORATIUNCULA LEPROSI,
Matth: 8. Marc. 1.

Angor me mentis, languor me corporis urget:
Pectoribus resident gaudia nulla meis.
Hei mihi, quò vadam? totus me deserit Orbis:
Quis potis est medicus tanta leuare mala?
Tu, pie Christe, potes, si vis, me reddere mundum:
Tuq; potes curas attenuare meas.
Christe, mihi succurre precor: succurre vocanti
Christe DEVS: fœlix quæ, bone Christe, iuuas.
DISCI-

2133

ANNÆ

MEDITATIONVM. 19.
DISCIPVLORVM ORATI-
uncula, Matth. 8.

INgruit aëreis tempestas horrida ventis:
Et furit interto vasta procella freto.
En, concussa graui nauis tremit anxia fluctu,
Sollicitosq; omnes cura molesta tenet.
Quis ferat auxilium? Rex ô Rex maxime Christe,
Erige te: morti turba propinqua sumus.

CENTVRIONIS ORATIUNCULA
pro famulo aegrotante, Matth. 8.

Non ego sum dignus, tanto non aptus honore,
Ut tectum subeas, optime Christe, meum.
Vnum dic verbum, magno quia robore polles:
Confestimq; potens expedietur opus.
Quiq; meus morbo famulus vexatur atroci,
Spes mea ceu spondet, te duce sanus erit.
Ipse meis quicquam quod si mandâro ministris,
Sollicito studio protinùs illud agunt.
Te quantò citiùs rerum natura timebit,
Mandato vt fiant omnia, Christe, tuo.

CÆCI IUXTA VIAM ORAN-
tes, Matth. 9.

Cernere quàm gratū est Phæbej lumina vultus,
Atq; oculis clarum posse videre diem:
Tam nobis atrox res est & plena doloris,
Quòd nostros oculos nox tenebrofa premat.

C 3

Lumi-

uiccia gubernas,
mētē a vides:
futura,
a tētes:
evadatis dicant
mibi.
uiccia recti,
re dolos:
protervum
vere mali.
anguisq; dolosus
EPROSI,
e corporis tētes:
uiccia meis.
sferit Orbis:
are mala?
dere mundum:
is.
re vocanti
Christe, iuuas.
DISCI-

LIBER PIARVM

*Lumina quis nobis reddet, tenebrasq, fugabit?
Visum quis medicus restituisse potest?
Hoc præstare decus potis es, Rex optime Christe:
In manibus siquidem sunt sita cuncta tuis.
Nate DEI viui, Davidis amabile germen:
Aspice nos miseros pro pietate tua.*

ORATIUNCULA PETRI NV-
tantis super mare, Matth. 14.

*Siccis dum pedibus freta per sublimia vado,
Nutantem infido deserit vnda gradu.
Christe iuua, pie Christe iuua: mihi porrige dextrâ:
Serua me: pereo, me nisi, Christe, iuues.*

CANANÆA ORANS,
Matth. 15.

*Svmmi nate DEI, DEVS, ô Rex optime IESV:
Germinè Davidis qui generatus homo es.
Tu miserere mei, simul & succurre vocanti,
Dulce meræ nomen qui pietatis habes.
Respice me, votumq, meum, pie suscipe IESV:
Et precibus iustis pondus inesse sine.
Si dapium micis saturantur sæpè catelli,
Concedas queso paruula dona mihi.
Non ego magna peto: quòd te decet, adde roganti.
Namq, rogare, meum est: attribuisse, tuum.*

PVBLI-

MEDITATIONVM.

20.

PUBLICANVS ORANS,

Luc. 18.

PEccau: piget & tædet conuexa tuerj
Cæli: sed clemens, ô DEVS, esto mihi.

LATRO E CRUCE,

Luc. 23.

IN regnum optatum cum veneris, optime IESV:
Proprietate tua, quæso, memento mei.

STEPHANVS ORANS DVM

Lapidaretur, Act. 7.

OBruor: ast illis peccata remitte patrata:
Clementerq; animam suscipe, Christe, meam.

CHRISTVS ORARE DOCENS,

Matth. 6. Luc. 11.

Lucida, summe Pater, cui præbent æthera sedem,
Sanctum sic toto nomen in Orbe tuum.

Clara tui niteat maiestas inclyta regni,
Imperio ut subsint omnia regna tuo.

Omnibus in terris tua fiat diæ voluntas,
Stellifera sicut dicitur esse domo.

Dimensum nobis nostrum da pane diurno,
Spiritus ut sano corpore sanus agat.

C 4

Errores

PVBLI-

LIBER PIARVM

Errores alijs veluti dimittimus ipsi,
Debita sit nobis nostra remissa velis.
Effice ne violet nostras tentatio mentes,
Nostraq; ne cæca pectora fraude ruant.
Erue nos hostis rigido de iure maligni,
Et procul à nobis omne repelle malum.
Quod petimus, fiat: quia tu uiuisq; uigesq;
Æternus Dominus, perpetuusq; DEVS.

CANTIO MARIÆ VIR-
ginis: Luc. 1.

MENS mea diuino iandudùm incensa calore,
Æterni Domini nomina sancta canit.
Spiritus atq; meus fœlici exultat amore,
Dum mihi seruator cernitur esse DEVS.
Aspicit ille suam famulam vilemq; ministram,
Et miseram patria pro bonitate iuuat.
Hinc omnis populi vox me feret una beatam,
Humani generis semina donec erunt.
Nam mihi rem grandem Cœlestis præstitit heros,
Sanctum qui nomen solus & unus habet.
Cuius perpetuò durat clementia: cuius
Perpetuò decorat dextera fida pios.
Quem penes imperiũ, penes est quæ summa potestas,
Et simul inuictæ robora dura manus.
Dissipat ille malos, cœtus dispergit inanes
Pectore qui tumido uerba superba crepant.
Detrahit

Detrah
Ma
Dona p
Pr
Promi
Qu
Hoc eq
Re.
Cuius b
Qu

N
Daq
Nam tra
Lumina
Missus e
Gentib
Idem
Grati

MEDITATIONVM.

21.

Detrahit ille feros excelsa sede Tyrannos :
 Mansuetos animos sorte fauente beat.
 Dona pijs tribuit sublimia : deserit idem
 Prauos, quos mentis friuola cura trahit.
 Promissiꝫ memor placidis nos excipit vlnis,
 Qui sumus Isacidæ sancta propago domus.
 Hoc equidem patribus nostris promiserat olim
 Rex ille omnipotens, omnipotensꝫ DEVS.
 Cuius honorificum nomen reuerenter amabunt,
 Qui fidei rectæ dogmata vera probant.

SIMEON, Luc. 2.

Nunc, DEVS alme, tuum solue ministrum
 Carcere corporeo.
 Daꝫ mihi pacem, daꝫ perenni
 Posse quiete frui.
 Nam tua verba meo, magne Patrone,
 Corde recepta manent.
 Luminibusꝫ meis cerno salutem
 Cœlica ab arce datam.
 Missus enim Mundo CHRISTVS Iesus
 Munera pacis habet.
 Gentibus hic præbet lumen amicum,
 Eximiumꝫ decus.
 Idem Israëlis gloria fulget,
 Conspicuumꝫ nitor.
 Gratia, CHRISTE, tibi cum Patre summo,
 Flamme cumꝫ sacro.

C 5

PRE-

LIBER PIARVM
PRECATIONES QVOTIDIANÆ.

PRO BONO DIEI
auspicio.

Magne Pater, Cæli Rex inclyte, conditor Orbis,
Fac mihi lux isthæc conuenienter eat.
Et mentem, linguamq; meam, vitamq; gubernas,
Ut tua pacato pectore iussa sequar.

AD CHRISTVM DO-
minum.

Dispellit nitidus tenebras lucifer umbras,
Soleq; lux fulgens exoriente datur.
Cordibus è nostris densas, ô Christe, tenebras
Excute per verbi lumina clara tui.
O Patrone potens, concede rogantibus, ut nos
Protegat Angelici fida caterua chori.
Te mediatorem nobis præbere memento,
Nos iuuet ut summi gratia dîa Patris.

VOTVM LABO-
rantis.

More ego dum solito mentem corpusq; fatigo,
Me rege præsidio, Christe benigne, tuo.

Tis

Tu nisi
N
Æther
E
Ergo
M

O
Protega
Te

O
M
Esto pi
Pr
Serua
Et

D

2133

MEDITATIONVM.

22.

QVO.
EI
Tu nisi conatus nostros disponis & ornas,
Non facit officium mens ué manus ué suum.
Ætherio quòd si tu nos spiramine replet,
È studijs nostris nobile surgit opus.
Ergò ades, & mecum, dulcissime Christe, labora:
Nam fortuna tua, stat mea tota, manu.

CONSECRATIO

mensæ.

DO-
Omnia qui sancto, Deus optime, numine pascis,
Pasce libens donis corpora nostra tuis.
Protegat & famulos tua nos sanctissima dextra,
Te Dominum ut verè pectora nostra colant.

ALIA MENSÆ CON-

secratio.

er tumbas,
datur.
tumbas
a tui.
bus, ut nos
chori.
no.
Parris.
Omnia qui pascis uiuentia, maxime rerum,
Et genus humanum fautor amicus alis:
Esto pius nobis pastor, gratoq; fauore
Pronus nos decora qui tua membra sumus.
Serua animas nostras puri dulcedine uerbi,
Et ueris orna corpora nostra bonis.

GRATIARVM ACTIO

pro uictu.

q; fatigo,
me, tuo.
Tia
Diciamus ore tibi grato, DEVS unice, laudem,
Corpora qui largo munere nostra foues.

Pasce

LIBER PIARVM

*Pasce etiam aeterno sacri nos nectare verbi,
Degat ut in membris mens benè sana suis.*

ALIA GRATIARVM

actio.

D*icimus, ecce, tibi meritas, pater optime, grates,
Qui nos fidus alis, mitis & usquè foues.
Concede ut studio te puro ritè colamus,
Nostraq; sint verbo dedita corda tuo.
Nam tu cum Nato & sancto Spiramine regnas
Aeternus Dominus, perpetuusq; DEVS.*

PRECATIO MERI-

diana.

E*Medio spargens sua lumina Phoebus Olympo,
Exhibet humano commoda multa gregi.
Christe decus Cœli, Mundi sol, maxime Christe,
Ingere pectoribus dogmata sancta pijs.
Solis ut aetherij tellus grato igne calescit,
Pectora sit vigeant Flamme nostra sacro.*

VOTVM VESPER-

tinum.

S*ol abit, & tenebras nox humida spargit opacas:
Nos, quæso, illustra lumine, Christe, tuo.
Auspice te Soles abeunt, redeuntq;: suasq;
Continuant aptè noxq; diesq; vices.*

Christe

*Christe
Vi*

*O P
Pelle pr
Vi*

*E
Te fove, ta
Te fin
Mortales
Diu
Spiritu
Fo*

*PER
Hoc op
C*

2133

MEDITATIONVM.

23.

Christe DEVS, stabiles animos tu redde tuorum;
Vt dulci exultent lucis amore tuæ.

PRECATIO CVBITVM

euntis.

O Pater, omnipotens rerum seruator & autor,
Nocte sub hac tutor prouidus esto mihi.
Pelle procul Stygij fraudesq, artesq, Draconis,
Vt somno leni tempora noctis eant.

PRECATIO NO-

Eturna.

E Vigilo, cedunt cum molli somnia, somno:
Vt legi inuigilem da, DEVS alme, tuæ.
Te sine, turbatur tenebris sapientia nostra:
Te sine, mens mæsto victa sopore iacet.
Mortales igitur miseros, ô summe creator,
Diuini radijs Flaminis, oro, iuues.
Spiritus, ecce, tuus nostri est medicina doloris:
Fonte vel hoc uno gaudia vera fluunt.

EVCCHARISTICON

in DEVM.

Pectore sincero summum celebrate parentem:
Atq, hilari verum voce sonate DEVM.
Hoc opus in primis sanctum est: hoc utile cunctis,
CHRISTI qui dici viuida membra volunt.

Grande

e verbi,
e sana suis.

RVM

ater optime grati,
is et aliqua fons.
calamus,
coria tua.

Paramine regna
DEVS.

MERI

Phoebus Olympo,
a multa gregi.
exime Christe,
sancta ppi.
e calesce,
ne mltis sacra

ER-

spargit opacas:
Christe, tuo.
suasq,

res.
Christe

LIBER PIARVM

Grande DEI Numen sanctorum corde quiescit,
Et placidos motus sensaq; recta creat.
Nobis inde fides oritur, fideiq; potestas,
Quæ facit ut resonent carmina sacra pij.
Carmina sacra pij meritò resonare laborant:
Debetur vero gloria tanta DEO.
Nam DEVS est solus vitæ dator atq; salutis:
Auspicio CHRISTI dat Pater ista bona.
Qui sine præsidio CHRISTI se sperat ad astra
Venturum, in Satanae squalida regna ruit.
Propterea CHRISTVM mediatoremq; ducemq;
Et cum Patre DEVM, nostra Thalia canit.
Surgite magnifici proceres, patresq; verendi:
Surgite vos iuuenes, Pieridumq; chori.
Surgite matronæ præstantes, surgite Nymphæ,
Vestraq; sublimi pandite corda DEO.
Aspicite inuictum Regem, summumq; monarcham,
Quem Dominum agnoscunt sidera, terra fretū.
Hic est ille, bonos æquo qui iure tuetur
Patronus clemens, munificusq; pater.
Hic est ille, malos rigida qui lege coërcet
Iratu iudex, terribilisq; DEVS.
Ut DEVS est facilis studio votoq; piorum,
Prauorum incepto sic solet esse grauis.
Quin igitur mecum fœlix Ecclesia surgis?
Agnoscisq; DEI nomina sancta tui?
Lator & exulto quoties me Spiritus urget
Ætherius magnum glorificare DEVM.

Praci-

Pracipue
Senti
Ille me an
Ingen
Ite procu
Forti
Nobile for
Doct
Aurate a
Dul
Quicquid
Gurg
Illud bono
Atq; c
O Quæ
Vi rosa ce
Lange
Tu medic
Reba
Abs te pe
Vna
Hoc ego
En,

2133

MEDITATIONVM.

24.

Præcipue verò nunc ardua iubila tollo,
Sentio dum viui robora magna DEI.
Ille meam decorat vitam mærore repulso:
Ingenij renouat lumen & ille mei.
Ite procul curæ mordaces, ite querelæ:
Fortunæ nostræ est portus & aura DEVS.
Nobile formetur dulci testudine carmen,
Doctis quæ fidibus condecorata sonet.
Auratæ accedant citharæ, quæ pectora culta
Dulcisonis modulis exhilarare queant.
Quicquid terra fouet, quicquid versatur aquarum
Gurgite sub liquido, quicquid Olympus habet:
Illud honorati latetur amore Patroni,
Atq; creatorem laudet ametq; DEVM.

AD IESVM SER-
uatorem.

O Quàm dulce tuum, IESV mitissime, nomen,
Qui medijs reficis pectora mæsta malis.
Ut rosa constrictum cor matutina relaxat,
Languenti sic es tu medicina mihi.
Tu medicina mihi suavis, suauissime IESV:
Rebus in aduersis, te Duce, victor ero.
Abs te proueniunt æternæ gaudia vitæ:
Vitaq; præsidio nostra beata tuo est.
Hoc ego dum meditor munus, dulcissime IESV,
En, mihi cor totum flagrat amore tui.

Hoc

Prati-

LIBER PIARVM

Hoc in amore mori certum est : mors illa beata,
CHRISTO animas nostras quæ sociare potest.

DE COMETARVM

frequentia.

Æthere sublimi quare tam sæpè Cometa
Fatali apparent lumine terribiles ?
Quid notat hic ignis ? quid signat noxia flamma ?
Quid facies Cœli tam truculenta docet ?
Non ego sum tantus, non sunt mihi munera tanta,
Qui decreta queam prodere mira DEI.
Si tamen est licitum mysteria pandere pauca,
Pectoris, en, promptus sensa recludo mej.
Terras atq, fretum cœlestis territat ira,
Ira timenda malis, non metuenda bonis.
Regna gemēt, populus murmur dabit, arduus æther
Mugiet, & passim lis inimica strepet.
Magno languescet mœrens Ecclesia luctu :
Tantus erit gemitus, tam dolor acer erit.
Magno tabescet nutans Respublica lapsu :
Vsq, adeò proprio robore fracta ruet.
Nemo DEI fugiet dextram, qui mente dolosa
Instructus prauum commeditatur opus.
Hei mihi, cur multos vario stratagemate iustos,
Conniuente DEO, turba profana premet ?
Territa mens refugit miseros euoluere casus
Mortalis vitæ, luctificosq, dies.

At

At tu, sun
Et ser
Electisq, t
Quoda
Nos tibi p
Seru

OD Æ
IP S

STurpis b
Omnis
Et mea r
C
Sis mihi fa
Et guberna
Dum pren
C
Tu meam
Moribus s

2133

MEDITATIONVM.

25.

At tu, summe DEVS, cohibe crudelia fata:
 Et serua Reges magnanimosq; duces.
 Electisq; tuis da vera munera pacis,
 Quodq; nequit Mundus suppeditare bonum.
 Nos tibi pro meritis placidissima vota feremus:
 Seruiet & laudi nostra Camœna tua.

✻ ✻
 ✻

ODÆ SOLENNES, QVAS
 IPSE AVTOR AD HARMO-
 nias testudineas, & citharæ con-
 centus, decantare con-
 suevit.

AD DEVM PA-
 trem.

STirpis humanæ Pater, & creator
 Omnium rerum, simul & salutis
 Et meæ vitæ decus, & meorum
 Cura laborum.
 Sis mihi fidus misero Patronus
 Et gubernator vigilans, dolorum
 Dum premor fluctu grauibusq; vexor
 Obuius undis.
 Tu meam doctis poteris leuare
 Motibus cymbam, Boreæq; duræ

D

Mur.

At

illa beata,
 sociare potest.
 RVM
 Cometa
 terribiles?
 ut noxia flamma?
 volenta docet?
 omnia mœnera sua,
 mira DEL.
 audere pauca,
 recludo me.
 as ira,
 uenda bonis.
 labit arduus athei
 uca strepet.
 clausa luctu:
 dolor acer erit.
 obliuio lapsio:
 iacta rict.
 mente dolosa
 atur opus.
 gemate iustos,
 ina premet?
 vere casus
 s.

LIBER PIARVM

Murmur horrendum benè mitigare
Solus & vnus.

Namq; tu regnas DEVS, & perenne
Est tibi nomen : tibi sunt ministri
Angeli sancti : tibi seruit vnj
Totus Olympus.

AD CHRISTVM SER-
uatorem.

O CHRISTE, qui me præsidio iuuas
Forti, nec vnquam me miserum orphanum
Durus relinquis : quàm potenti
Me regis vsquè fauore, & vsquè.
Submitto totum me tibi : me tibi
Trado ministrum : tu mihi dexteram
Præbes benignam, meq; sano
Consilio placidus gubernas.
Haud nescius sum quàm tua bonitas
Fœlix nitiscat, qui cupis & iubes
Vt ocio turpi relicto
In studijs licitis moremur.
Cognosco quàm me diligis & foues
Clemens patronus : nec finis vt ruam
Fato nocenti, Dæmonumq;
Insidijs vapidis petitus.
Hæc causa cogit me, rationibus
Æquis vt ad te confugiam fide

Firma,

Fir
Fl
Quod rest
Me
Et
Me

S
Vmmi
Rep
Tang
Igm
Qui linguar
Spas
Gente
In fid
Donante C
Do
Qua
Pec
Cantamus
Qui
Per
Vi

2133

MEDITATIONVM

26.

*Firma, DEVS qui cum Parente,
Flamine & ætherio, es perennis.*

*Quod restat ergò, sanguine me tuo
Munda vocantem, Nate DEI, DEVS:
Et mortis extrema sub hora
Me sociare tibi memento.*

AD SPIRITVM
sanctum.

*S*ummi parentis lucide Spiritus,
Reple tuorum corda fidelium:
Tuiq; amoris fac perennes
Igmiculos in eis micare.

*Qui linguarum multiplici sono
Sparsas per Orbis cognita climata
Gentes, potenter congregasti
In fidei placida unitate.*

*Donante CHRISTO, tu monitor venis
Doctörq; noster rebus in omnibus,
Quas scire debent ad salutem
Pectora sancta tibi dicata.*

*Cantamus ergò carmine te sacro,
Qui Trinitatis tertia diceris
Persona, nec non Vnitatis
Viuificus vigor & potestas.*

D 2

PRO

Firma,

LIBER PIARVM

PRO PACE.

Rerum creator omnium,
DEVS deorum maxime,
Pacem dato nobis tuam,
Ut dextera tuti tua
Tibi canamus gloriam.

Nam nemo vivit aut viget
Te præter, ô Rex optime,
Qui nos queat defendere:
Tu nempe noster es Pater,
DEVS q̄ noster unicus.

O corda nostra cœlico
Comple benignus munere,
Flatusq̄ sancti robore,
Ne Dæmonum fracti dolis
Dirum ruamus in scelus.

Peccata qui volens amat
Turpiq̄ gaudet crimine,
Ab Angelis contemnitur
Bonis, remissio nisi
Per gratiam fiat DEI.

DEVS suos ab omnibus
Mundare sordibus potest:
CHRISTI cruore vivo
Procedit hæc serenitas
Iucunditasq̄ libera.

Nam

Nam no
C
M
S
E
Hæc T
E
M
A
S
In pace
P
D
C
M
Qui solus
Qu
A
I
F
Videte,
O
F
E
I

MEDITATIONVM.

27.

*Nam nostra sanctus Spiritus
 Cùm corda nutu cœlico
 Mouere conatur, Patris
 Sentimus omnes gratiam
 Et Filij clementiam.*

*Hac Trinitatis æquitas,
 Et Vnitatis claritas,
 Mentis fidelium bonas
 Aduersus omnes inferos
 Sustentat omni tempore.*

*In pace nos ergò tua,
 Potens DEVS, quiescere
 Deposcimus, ne retia
 Curramus in nocentia
 Mortis dolosq; Dæmonum.*

*Qui solus es fortissimus,
 Qui solus inuictissimus,
 Aduersus hostium minas
 Defende nos seruos tuos,
 Firmamq; da constantiam.*

*Videte, quàm clemens DEVS
 Omnes iuuet, qui pectore
 Fido preces fundunt pias.
 Huic sit perennis gloria,
 Et laus per omne seculum.*

D 3

PRO

Na

LIBER PIARVM
PRO ILLUMINATIONE
spirituali.

○ DEVS, lucis dator & creator,
Ore qui CHRISTI cupis esse notus
Gentibus terræ, populisq; cunctis
Totius Orbis:

Cordibus nostris radios potentes
Spiritus sancti pius infer: atq;
Nos tuum castæ rege veritatis
Lumine cœtum.

Verba sublimi tua luce fulgent,
Et pios ducunt animos ad altas
Cœlitum sedes, tribuuntq; blandæ
Munera pacis.

Pelle fallaces igitur tenebras,
Et feras larvas Stygiæ Tyranni
○ DEVS pulsa, veterisq; robur
Frangere Draconis.
Surge, quid torpes generose sanguis?
Fac DEO vero placidè acquiescas.
Summus hic Rex est, hominesq; clara
Luce gubernat.

PRO REGE, REGINA, REGIA SO-
bole, & statibus Regni Daniæ.

○ DEVS qui Rex Dominusq; summus
Omnium es Regum: placidus capeſſe

Verba

Verba

Danic

Mitis e

Luce R

Da vi

Celicam

Incolas

Omniba

Ve tibi p

Et caua

Templa re

Quippe tu

Imperas:

Tu decus

Prospera

Iura das

Diues es

○ DEVS

Iussa ſe

2133

MEDITATIONVM.

28.

*Verba quæ fundo, mea nec repelle
Candida vota.*

*Danicum Regem nitido fauore
Mitis exorna, celebriq; nostram
Luce Reginam decora, atq; eorum
Protege stirpem.*

*Da civis doctis benedictionem
Cælicam, serua populos & omnes
Incolas Regni, statibus benignus
Omnibus est.*

*Omnibus fulgens tua sit voluntas,
Ut tibi puris animis probemur,
Et tuum nomen studio modesto
Ritè colamus.*

*Templa te cantent, resonent Lycæa:
Quippè tu regnas Deus vnus, atq;
Imperas: tu das, adimisq; solus
Regia sceptrâ.*

*Tu decus mentis, sapientiamq;
Prosperos casus, & honesta legum
Iura das: amplo siquidem nitescis
Munere diues.*

*Diues & terra, pelago, poloq;
O DEVS: fœlix, tua qui beata
Iussa sectatur, memoriq; verba
Mente reponit.*

D 4

PRO-

LIBER PIARVM
PRO ECCLESIA
fidelium.

O Trinitas purissima,
Et unitas amplissima:
Tu summus es Rex, & DEVS
Inuictus omni seculo.

Nil tam graue est & arduum,
Quod non tuæ potentia
Substet: tuis nam nutibus.
Creatura aguntur omnia:

Sol, Luna, Stellæ, sidera,
Et spiritus parent tibi:
Parent tibi terra & mare,
Et quicquid vspiam viget.

Tu talis es tantus DEVS,
Ecclesiam sanctam fove
Nutu tuo atq; cœlici
Synceritate dogmatis.

Verbum sacramentis tuum
Coniunge puris, ut pij
Vero fruantur munere,
Fideq; viuant florida.

Cedant doli fanatici,
Cedant strophe sophistici,
Cedant furores Turcici,
Cedantq; vafri dæmones.

Nam summus es Rex & DEVS
Inuictus omni seculo,

O Tri-

2133

MEDITATIONVM.

29.

O Trinitas purissima,
Et Vnitas amplissima.

AD DEVM GRATIA-
rum actio.

MENS DEVM lauda mea sempiternum,
Et sonum gratum celebri Patrono
Ede testudo, varijs bonisq̄,

Callida neruis.

Hic enim Rex est hominum, Paterq̄,
Optimus, qui nos iuuat & beato
Sustinet verbo: DEVS hic in alto

Regnat Olympo.

Fidus hic fulget simul atq̄, verax:
Neminem fallit, sed amanter omnes
Candidas mentes fouet, & potentj

Lege tuetur.

Lege pupillos viduasq̄, recta
Munit, & cœtus miseros benigna
Dextera ducit: reprobosq̄, firmo

Iurè coërcet.

Principis tanti imperium carebit
Fme: nam semper Deus hic perennis
Vixit, & viuit, reliquoq̄, clarus

Tempore viuet.

Blanda testudo, fidibus remissis
Subtice: nam quis poterit Parentis
Optimi laudes satis, atq̄, mira

Facta sonare?

O Tri.

D 5

AD

LIBER PIARVM

AD CHRISTVM SER-
uatorem.

STirps optimi DEI, DEVS,
Fili Mariæ Virginis,
Fidelium Rex maxime,
IESV patrone: in hoc meum
Cor te tuo Flatu moue,
Fœliciterq; permane.
Nam te meum desiderat
Pectus: sitit te mens mea,
O CHRISTE, qui suauissimum
Præstas pijs solatium,
Quos cura torquet & dolor,
Et seculi molestia.
Veni ergò IESV candidè,
IESV veni dulcissime,
Et spiritu præcordijs
Infunde te meis sacro.
Nam terra ut undis arida
Blandè fouetur mollibus:
Sic muneris dulcedine
Tui peto fouerier.
Tu nempè robur es meum,
In grandibus periculis:
Tu turris inuictissima,
In anxijs doloribus.

AD

AD CHRISTVM, PRO SANCTI
amoris inspiratione.

Quantum pudica sponsa
Sponsum suum venustum
Amat: tui fauore
Tantum mea hæc calefcit
Anima, ô benigne IESV
Meum unicum leuamen.
Et sponsus ut fidelis
Sponsam suam pudicam
Per coniugale votum
Complectitur fouetq̃:
Sic & tui calore
Verbi meam peruris
Mentem, tuoq̃ flatu
Meas cremas medullas,
Ut cor meum suauj
Libidinetur aura
Legis tuæ. Voluptas
Hæc me, precor, prehensum,
Hoc dum morabor Orbe
Inter graues dolores
Et anxios labores,
Totum occupet voretq̃.
Nam, cui tuos amores
Amabilesq̃ flammæ,
O Christe Nate summi

AD

Dei,

LIBER PIARVM

Dei, patrone noster,
Immittis, ille vani
Fraudes dolosq̄, tetros
Mundi nihil moratur:
Sed in tui caloribus
Dulcedine & vigore
Lætatur usquè & usquè,
Prorsusq̄, carne spreta
In te mori præoptat,
Vt Spiritu nitescens
Cælo locetur alto.
Quanta ô beatitudo
Fouerè amore sancto,
Et fata post suprema
Faciem DEI videre?
Fac ergò, Christe IESV,
Tui ut benigni amoris,
Et nunc & omne in æuum
Sim gratia repletus:
Tu nam Deus perennis
Cum Patre, cumq̄, sancto
Flatu, imperas, & vnus
In Trinitate regnas.

DE STUDIO virtutis.

Nil virtute potest homini contingere maius:
Nam vis mortales copulat illa DEO.

Tollito,

Tollito
Pr
Quiq̄, h
In

Spir
So
Nostre

Nos fa
Et pas
Membr

Namq̄, t
Gaudis
Quam p

Contid
Te Pat
Qui bo

S

2133

MEDITATIONVM.

31.

Tollito virtutis studium morumq; nitorem,
Protinus emerget lurida barbaries.
Quiq; homo iam fuerat, probitatis luce relictæ
Indelibatæ, bellua turpis erit.

AD SPIRITVM
sanctum.

SPIRITUS summi Patris atq; Nati,
SO DEVS, pura rege corda luce
Nostra: nec pressas animas supremo
Tempore linque.

Nos foue verbo miseros potenti:
Et pios motus, simul & calores
Mentibus nostris, velut ignis ardens,
Ingere castos.

Nempè tu mentes hominum piorum
Gaudio dulci reficis: docesq;
Quàm potens in nos sit amœna summi
Gratia Patris.

Cantibus nostris igitur sonamus
Te Patris Natiq; vigor perennis,
Qui bonos cœtus sacer aduocatus
Iungis & ornas.

DE DEI IN HOMI-
nes amore.

SIt licet indomito traiectus amator amore,
Et veneris totus ferueat igne sua:

Non

ingere manus:
In DEO.
Tollito,

LIBER PIARVM


Non tamen ille potest tanto flagrare calore,
Dilectamq; suam tanta adamare fide:
Quanto animas nostras complectitur ipse favore
Optimus, aeternus, munificusq; DEVS.
Et quis adhuc dubitat cur missus ab æthere summo
CHRISTVS pro nobis victima factus erat?
Cum sponsi aeterni tantos contemplor amores,
Mundi delicias arbitror esse nihil.
Munde immunde, vale: mihi tu, dulcissime IESV,
Afflicto requiem suppeditare potes.
Si sine te fuero, vita hæc certissima mors est:
Sin tecum fuero, mors mea vita mera est.
Mors mea vita mera est solo te, Christe, datore:
Principe sub tanto quàm mihi dulce mori?

DE HOMINIS EXITV AB hac mortali vita.

Cum moriar, massamq; meã mens libera linquet,
Corpus vt hoc luteum est, sic ego puluis ero.
Dissociabuntur per mortem frigida membra:
Et nihil hoc fiet, quod fuit antè nihil.
Hoc ita procedet: nam Mortis tantus amaror,
Viribus vt soluat corpora cuncta suis.
Mens mea cum Christo viuet, semperq; vigebit:
Christus enim sancti vita beata gregis.
Hic animas nostras potis est seruare benignè:
Has etiam placidè lætificare potest.

Nec

*Nec tamen hoc semper corpus tellure premetur,
 Subq̄ solo gelido triste iacebit onus:
 Sed veluti cineres ubi commiscentur arenæ,
 Artifici surgunt splendida vitra manu:
 Puluere sic nostri clarissima membra resurgent
 Sub manibus magni viuificata Dej.
 Tunc ego cum Christo sapiens iustusq̄ nitescam,
 Hisq̄ meis oculis ipse videbo Deum.
 Ergò tibi grates soluo dulcissime Christe,
 Christe Deus qui das munera tanta mihi.
 Lustrabo faciemq̄ tuam vultumq̄ serenum,
 Quando relinquentur cæca sepulcra mihi.
 Christe veni, citò Christe veni, dextramq̄ potentem
 Exere: tu solus me releuare potes.
 In tumultum paruum ponatur vile cadauer:
 Tu conserua animam, Rex generose, meam.
 Tempus ad optatum dulcem mihi cede quietem,
 Inq̄ tuo fac me viuere posse sinu.
 Lætus ut exurgam, da Rex mitissime IESV:
 Et pietate tua crimina nostra tege.
 Nam cum Patre tuo, simul & Spiramine sancto,
 Unus es, & verus, perpetuusq̄ DEVS.*



Nec

IOA
SAT

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



SLN